

DISSERTATIONIS HISTORICÆ,
DE
GENTIS

VANORUM

PRISCIS ET HODIERNIS

IN
WESTROGOTHIA

SEDIBUS,

PARS PRIOR.

Quam

Consensu ampl. Facult. Philosoph. Acad. ABOENSIS,
SUB AUSPICIO

Avunculi sui charissimi

**D^N. ALGOTHI A.
SCARIN,**

Histor. & Philos. civilis PROFESS. ordin.
ad diem XVIII, Aprilis, MDCCXLVII.

Publico examini subicit

ASMUNDUS OL. CARLANDER *U Goth.*
loco, horisque solitis.

ABOÆ. Excud. JOH. KIEMPE. Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:ris
Summæ fidei VIRO,
Reverendissimo PATRI ac DOMINO,

**D^N. DANIELI
JUSLENIO,**

S. S. Theologiæ DOCTORI
celeberrimo,
Inclutæ diœceceos *SKARENSIS*
EPISCOPO eminentissimo,
Ven. Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI
gravissimo,
Regiique, quod ibi floret
Gymnasii, Scholarumque EPHORO
adcuratissimo,
MÆCENATI MAXIMO

Inter spem & metum diu hæsit animus meus, utrum
agrestem ingenii fœtum huncce oculis TUIS, PRÆSUL
reverendissime adspiciendum sistere, UAMqve ad servan-
dum illum, gratiam & benevolentiam arcessere auderem. Sed
vicit æstus & fluctuationem mentis istam favor & bene-
volentia

Dem Hochwolgebornen **FRZ HERZOG**
Herr JOHAN
HASTFER

Wohlbestaltten *CAPITAIN*

ben Seiner Königl. Maj:t
Reib-Dracone Regimente

Meinem Hochgunstigen Gere
und Beförderer

Hochwolgebornen. wollen nicht ungültig bemerken, daß
ich mit einer so unreifen frucht meiner studien, als
zwar dieses ist, unter **DEMO** namen darffe hervor
setzen. Die ursache, die mich hat hierzu bewogen, ist gleich
vorhanden: denn, wenn ich mit meinen gedanken etwas zurück
gehe

volentia TUA, quae omnes rei literariae studiosos propen-
 sissimè comlecti soles. Praecipue verò securum animi esse
 iusserunt non unius generis beneficia, quae in me existare vo-
 luisti, tantique ponderis mihi, mertissimo jure visa sunt, ut
 abscondere eadem, aut silentio involvere, nil aliud esse ex-
 istimem, quam ingratitude notam publice incurrere. Ac-
 cipe itaque fronte serena munusculum hocce, quod in teste-
 ram humillimi & gratissimi pectoris, TIBI reverenter offe-
 ro. & quemadmodum in detegendis mysteriis antiquitatis
 Fenningiae TUAE, summa cum laude IPSE olim versatus es,
 ita in praesentia mihi quoque concede, ut TUO sub auspicio,
 curriculum idem ingredi recte, & feliciter decurrere queam.
 Meum erit altissimum N. MEN semper venerari, ut IE, PRÆ-
 SUL & PATER reverendissime, saluum ac incolumem quam
 diutissime conserbet, quo TUO sub praesidio Vest Gothica
 diu vivescat atque floreat ecclesia, illucescat non nisi sero illa
 dies, quae TEMEI nobilissima FAMILIA TUA columnen multo
 firmissimum suum, & cathedra Skarensis splendere insigni
 suo orbatam semet destitutamque luceat! Ita animum voveo

Reverendissimi NOMINIS TUI

cultor & cliens humillimus
 ASMUNDUS CARLANDER.

gehe und wiederhole die zeit, in welcher mit der große vortheil
ist wiederfahren in Seiner Hochwolgeb. Hochvornehmen Hau-
se zu seyn, so muß ich öffentlich gestehen und erkennen, daß
ich größere güthe und gemogenheit habe genossen, als es hie mit
meiner schwachen Feder kan beschrieben werden. Solchergestalt
bitte demüthigst Seiner Hochwolgeb. gerühen diese geringe und
unvollkommene arbeit, worin die Nation der VANEN, nach
ihrem ursprung, ausbreitung und Eig, nach vermögen ist be-
schrieben worden, mit Hochgütigen augen anzuschauen, und als
ein geringstes unterpfand, zur schuldigster ehrerbietigkeit und er-
kenntlichkeit anzunehmen. Wo dieses mein thun, welches ich mit
tieffer ehrerbietung aufopffere, Seiner Hochwolgeb. gefallen wird,
so ist es wirklich der hohen gunst und gütigkeit bey zu messen,
womit Seiner Hochwolgeb. mich zu beehren belieben. Im übrig-
en ergebe ich mich hiemit selbst Seiner Hochwolgeb. und be-
fehle mich noch weiter in DERO hochgeneigten gunst, mit herz-
licher wünschung, daß der Höchste, von dem alle gute und voll-
kommene gaben herab kommen, Seiner Hochwolgeb. nebst
DERO Hochvornehmen Familie, mit allerley glückseligkeit
reichlich überschütten wolle, zum flor des vaterlandes, und de-
nen Hohen Strigen zur freude. Verharre mit tieffer ehrerbietung

Seiner Hochwolgeb.

Demüthigster Diener

ASMUND CARLANDER.

Maxime reveren-
Dn. Mag. PE-
ARCHI PRÆPOSITO diœceseos **SKARENSIS** gravissimo, tem-
SESSORI

VIRO admodum reverendo atqve praeclarissimo

Dn. Mag. PETRO TEGNÆO

S. S. Theol. LECTORI primario, in **Gymn. Reg.** quod **Skaris** viget, adcuratissimo, **Ven. Consist. ADSESSORI** æquissimo, **Past. eccles. in Gœthened**, nec non **districtus adjac.**

PRÆPOSITO longe dignissimo.

Plurimum reverendo & praeclarissimo

Dn. Mag. MARTINO LIDHGREN

Hist. & Moral. LECTORI dexterrimo, **ADSESSORI Ven. Consist. æquissimo.**

Plurimum reverendo & praeclarissimo

Dn. Mag. OLAVO ODHELIO

Eloquent. LECTORI laudatissimo, **Senatus Ecclesiastici MEMBRO** dignissimo.

Plurimum reverendo & praeclarissimo

Dn. Mag. SVENONI HOOF

Mathes. LECTORI dexterrimo, **ADSESSORI Ven. Consist. gravissimo.**

Plurimum reverendo atqve praeclarissimo

Dn. Mag. PETRO SCARINO

Ecclesiaz Dei, quæ in **Blideberg** colligitur, **PASTORI** dignissimo, **Avunculo exoptatissimo**, plurimumqve colendo.

Vobis, **Domini PATRONI, PROMOTORES ac FAITORES**
bi suisqve præstitis beneficiis, in grati animi tesseram &
suspiriis dedi.

SUMMORUM NOMI-

cultor hu-

ASMUNDUS

do & amplissimo

TRO BRODD

pli cathedr. *ANTISTITI* meritissimo, Ven. Consist *AD-
primario*.

UIRO admodum reverendo atque praeclarissimo

Dn. Mag. JOHANNI BILMARCK

S S. Theol. *LECTORI* in eod. reg Gymnasio dexterrimo,
Ven. Consist. *ADSESSORI* gravissimo, Past. eccles. Win-
sidi & Marum & districtus vicini *PRÆPOS.* longe
meritissimo.

Plurimum reverendo & praeclarissimo

Dn. Mag. PAULO TEMPTANDRO,

hactenus Log. & Phys *LECTORI* laudatissimo, in Skioefde
vero P. nuperrime designato.

Plurimum reverendo & praeclarissima

Dn. Mag. OLAVO WENNERBOM

Græc. Ling. *LECTORI* laudatissimo, Ven. Consistor. *AD-
SESSORI* æquissimo.

Spectatissimo atque *consultissimo* Domino

Dn. LAURENTIO SCARIN

SECRETARIO Civitatis Uddewallensis solertissimo, Avun-
culo optimo, piaque mente venerando.

Plurimum reverendo atque clarissimo Domino

Dn. ANDREÆ FORSSONIO

PASTORI Tunhem-nsum fidelissimo, Adfni honoratis-
simo.

optimi, haece qualescunque lucubrationes, pro non paucis fi-
testificationem, cum calidissimis pro incolumitate *VESTRÆ*,
cat & offert

NUM VESTRORUM

millimus

CARLANDER

Dn. ASMUNDO CARLANDRO

Postquam in aurem mihi haud ita pridem insusurravit nonnemo; Ingenui civis esse patriæ suæ incrementa cogitare; mirari mox destiti, quid tot ULÆ, mi conjunctissime CARLANDER, lucubrationes portenderent, quæ inde emolumenta, progrediente tempore referri posse sperares. Quamobrem etiam, cum viderem eò collineare indagandi, ruminandi & digerendi assiduitatem TUAM, ut quæ in Westro Gothia etiamnum supersunt, vestigia WANORUM, dissertatione academica comprehenderes, exantlatam honorificè operam Tuam contentionemque festâ voce excipere, mearum omnino partium esse existinavi. Tertius nunc annus agitur, ex quo spei meae fata TEMEI admotum voluerunt. Tempore currente eodem, cum non modo singularem TUAM diligentiam in me bonis literis imbuendo, sed amoris & studii affectum, erga me optatum quoque expertus sim, meum erit omnino quoque ex intimis animi recessibus vobere, velit Summum NUMEN conatibus honestissimis TUIS semper adesse, efficereque, ut confecto, quod TIBI ante pedes est, stadii curriculo, lauream & cetera, quæ legitime certantibus conferri solent præmia, à patria non ingrata referas. Hoc est, quod pleno magis animo, quam verborum numero, dum vixero, optare nullus desinam.

TUI

Studiofissimus

BERNHARDUS JOH. HASTFER,

PRÆFATIO

Postquam rerum suarum titulis quædam versum nationes SÆVO-GOTHICÆ ceteræ gloriari cœperunt, ne quod in illis regionibus exsplenduit, in VESTRO-GOTHIS evilescere videretur studiorum genus, cum paucis, qui in patriâ peregrini audire nolunt, meum quantillum studium, meam operam ego quoque conferre destinavi. Nempe, cum in sedes avorum & proavorum, in eorum possessiones & munera succedere expectamus, naturæ & officio cuiusque neque concipi posse videtur quicquam convenientius, quam ut aditus, quibus perveniri posse putamus in cognitionem originis & institutorum majorum nostrorum, sollicitè excutiamus & quæ rerum gestarum monumenta illi reliquere, futuras venientibus sæculis epulas, communicemus. Sunt autem gentis cuiusque decora, quæ servari & observari merentur, antiquiora modo, modo etiam recentiora. Antiquitatem cum posteritate conjungere unumquemque oportere, qui in stadii curriculo illo cum laude versari velit, facile apparet. Sed cum despici & propè exsibilari viderem antiqua ceu parum convenientia cum illa, quæ hodie est, rerumpublicarum facie, ea saltem, quæ conditionem regionis præsentem concernunt, designare, ab initio constitutum mihi fuit. Illius obtinendi finis ergo tabulariorum loculamenta nulla non iustravi, cippos & funebres commentarios inspexi, ex quibus præsentium notitiam haberi aliquam obtinerique posse speraveram. Sed cum scirem propositum non ritè urgeri posse idem sine succinctâ excussione nominum, eorumque originum & rationum sollicitâ inve-

):(

stiga.

stigatione; viderem à re gesta aut eventus aliquo; & post paulo à suis nominibus loca, agros & regiones insignivisse primos conditores; nomina cum fastis plerumque eadem loqui & testari, adeoque, quae pervestigatu impossibilia haecenus visa sunt, enucleatius explanare; non omnia, quae situm & senium spirant pro nibilo habenda esse, mox animadverti, sed ad fidem faciendam rebus insigniter gestis plus saepe conferre, quam irretitam quibusque corruptelis scriptorum sequioris aevi varietatem. In expositione historiae gentis alicujus, minutissimorum, etiam contemptissimorum locorum, ex quorum nominibus antiquorum illustrium locorum situs indagari possit, rationem habendam esse, FABRICIUS in sua bibliographia monet. Illam in indaganda radice vocis **Wäner** & **Wänehärad** regulam, cum mihi ante oculos praestituissem, receptamque vulgo etymologiam non primam, sed à primà ortam, eandemque non nisi coactè locis à **Wän** & **Wän** incipientibus semper & ubiq; respondere viderem, ad aliam generis vetustate priorem, à priorum temporum **SCITHIS** derivatam & per tot seculorum atq; locorum intervalta conservatam radicem respicere coepi. Scilicet à **Wän** & **FANIS** lacum dici; à lacu verò nomen territorio inditum esse, nullus ambigo. **Vandalos** & **Venedos** ad **VANOS** originem nominis sui referre. **VEXIONIUS** nullo modo dubitat. Hosce autem, puta **Vanos**, cum à **VANNIO** recentioris aevi **Pannonum** principe genus suum ducere **VEXELIUS** nullo modo agnoscere velit, & insuper **STIERNHIELMIUS** etiam, sapientiae veterum praeses & promus condus oscitantiam Scholae & gentis sociorum suorum perstringat, quod gentem **VANORUM** ceu vanissimam respiciant

ant; unde nomen arcessant, quae gens, & ubi pridem sita fuerit, silentio transmittere sustineant: Inde ut à reatu culpae eodem tempora nostra opportunè eximantur, quibus locis inter migrandum confederint, quâ Scandiæ parte sessum recepti fuerint, & demum, quae ex se coloniarum examina nova in externos ablegaverint, inquirere, proœmialiq; parte hacce, praemittere ab instituto non alienum putavi.

Verum in antiquitatis itinere illo, non confusa modo VANORUM vestigia nobis sese legenda obtulerunt. Occurrunt in historia HERCVRÆ plurima etiam, quae sicut lucem non mediocrem afferunt cuidis formam regionis hodiernam descripturo; ita si quâ parte vetera facta sua illustrari possint à moderna historia, oculo diligente eodem observari illa, sibiq; muneris loco vicissim referri volunt. Mentionem facit initio statim historiae illius auctor monomachiae ab Hergrimero halstroll (semigigante) ad Drosshätton cum STARKATERO institutae. Describitur area belli, arctivo orbe decantatissimi inter ANGANTIRIUM & Hunnos gesti. Adumbratur locus pugnae Dunheide ubi ad conditum invicem conflixere Gothorum & Hunnorum armatae manus. Illud in Scandiâ praelium commissum, se tum absurdum non esse, ut statuere velit, de se fateatur VERELLIS, quomobrem in sinibus Scythiae ad Tanaim utrinque belligeratum fuisse, pro vero agnoscit.

Sed cum concipi non facile possit, quomodo duo maximi exercitus, quorum pro aris & focis alterutri pugnandum erat (*) postquam ad VANORUM paludem nostram obviam sibi venissent, eodem momento ferè ad Maeotidas VANOS transferri potuerint; Inde appellationes, quae utrobique

ad vitæ non inertis otium magis accomodatum, quam in illa veterum simplicitate, soloecismos humani ingenii, lingvarum vicissitudines & perinde origines earum observare. Sed non ad *voluptatem* modo elapsi ævi pignora hæcce attrectasse juvabit: verum tantam insuper *utilitatem* omnibus qui in

(1.) *Synopsi. verit. D. Zieroldi p. 504. conferfis, ubi delectationem creaturarum pietista damnat.*

(b) **HISTORICO** campo cum laude versari velint, apportant, ut solem sine sole intueri melius, quam sine reliquiarum hujus generis sollicitâ evolutione, eruditionem in illo studii genere solidam quis consequi possit. Est illud vel præcipuum historiæ munus, orbis universi memorabilia ordine percurrere, eorum verò, quæ præcis seculis gesta sunt, cum nulla fere supersit, nisi manca & mutila memoria, eademque sæpe fabulosissimè narrata, ejus studii necessitatem, quo sarciuntur lacera, corrupta emendantur, & cum iis, quæ antecessere, rationes posteriorum connectuntur, (1) nisi qui hospitem ex omni studiorum genere animum retulerit, nemo negabit. Quin, cum veteris ævi reliquiarum ab exteris plurimæ sint productæ, eademque luci, suæ cujusque gentis bono, cum cura restitutæ, ad epulas easdem, septentrionis sinu conditas, nostræque gentis perennitati destinatas, nostratium, quod spero, tanto minus nauseabit quisquam, quanto industrialium vitæ bonorum, quæ Gothicæ sunt acquisitionis, hæredibus nobis, illud non posset non imputari in ignaviam, si quæ perpetuandorum cere-

rorum operum *monumenta* majores reliquere, nosmet collabascere sineremus, exterorumque, qui Gothicæ originis honorem nobis invident, direptioni destitueremus. Non nobis privatim modo, sed genti universæ nostræ illud in opprobrium vergeret, si quam barbari gentium victores, etiam *ATTILA* (2), pro Gothicâ lingua nostra *Italîs* inculcandâ, contentionem suscepit, in illa, quæ nostri ævi est, luce literarum, nos intermitteremus, curam & studium idem penes nosmet obtorpescere sineremus:

(1) *Wildes introd. in hist. Sweb. B. Pufend. paragr. 2. p. 2.*

(2) *Bœrners præfat. til des Hielte, dater p. 6.*

§. II.

IN ceteris adminiculis ad eruendam parum cognitam veteris ævi memoriam, *etymologicum* studium adeo non negligendum (a), ut pro non ultima parte sapientiæ magis sit habendum (b).

(a) Gentium cognationes, quandoquidem, *SHERINGHAMO* in *originibus Anglicis* teste, aliunde melius, quam ex historia erui non possint, illaque deficiente, non nisi ex linguarum & morum convenientia exculpi; quod verò linguas attinet, præcipuè barbaricas, quam plurimum earum non nisi exiguæ lacinia, eademque particulatim incisa supersint, ita ut præterquam ex hominum & locorum *nominibus propriis*, eorumque etymologiis, non nisi ægrè certi & sinceri quid sciri aut exculpi possit: quantum

in arte etymologicâ momenti positum sit, & quam commendabilis omnibus illa esse debeat utilitate ac præstantia sua, non e longinquo quisque videt.

(b) Humani sermonis recessus omnes excutere, & quid verbis veri insit, in apicem producere, etymologiae finis est. Illa, si quid primi nomenclatores non hebetes, sed ad excogitandum acuti hac vel illa voce denotatum voluerint, ratione sufficienti demonstrare poterit, scientifica veritas inde mox exsurgit, quemadmodum, quæ ulli neque naturæ rei conformis est, neque partem ejus aliquam repræsentat etymologia, non magis genuina illa sit censenda, nedum nomine digna Augusto illo, quam ægrorum somnia pro veris venditari possint.

§. III.

AD aboriginum Scandianorum quantulamcunque notitiam investigandam, SCYTHICÆ gentis (a) paterique lingvæ illius (b) origines atque fata novisse, non parum refert.

(a) De Scythis unde dicantur: a *Kitbis* ne, Dagestanæ Tartariæ montana, sub nomine *Kaitan* hodie quoque incolentibus, & gentis suæ primordia a *Schuit* & *Scyttiod* nostro, arcessentibus, hujus loci non est indagare pluribus. Montium & silvarum solitudines anxie sequutos fuisse, inque sagittis, quibus Deorum munere pro *Palladio* instructi essent, omnem

mnem vitæ spem reposuisse, legatus illorum ad Alexandrum ipse confessus est. Id hoc loco iuvabit annotasse saltem, quod cum promte adeo dextrâ modo, modo sinistrâ arcum dirigere sciverint, ut scopum, quantumvis minimæ molis ferire potuerint, immo dexteritatem sagittandi eandem quoque Græcas gentes docuerint, non temere, neque fortuito, sed commodo & ad vitæ rationes attemperato nomine isto antiquitus insigniri meruerint.

(b) Origines Scythicæ gentis investigare & dilucide adeo explicare, ut dissentienti nullus locus, nedum rima aliqua supersit, cum impossibile prorsus sit in illa suprema literarum & bonarum artium ignorantia, quæ passim & ubique regnavit seculis a diluvio proximis, quibus detinerentur homines migrationibus & occupationibus suis, nec non bellis earum causa ortis; de gente illa in univ ersum dixisse sufficiat, quod historicorum omnium fere unanimi consensu, tanta sit ejusdem, adeoque lingvæ illius canities, ut cum qualibet gente de generis vetustate tuto decernere, exitumque cum victoria ex pugna illa sibi semper polliceri queat. Ex oriente in aqvilonem, & inde demum in omnes terræ regiones, una cum populo, primigeniam migrasse lingvam, auctor historiæ *Sturlaugeri* ab initio monet. *Egyptiorum* certe, *Pelasgorum* & nescio quorum non *πεοσιάνων* & *αυτοχθόνων* studia vicisse *Scythas*, ex *Herodoto*, *Iustino* & ceteris antiquissimæ memoriæ scriptoribus plus satis notum est. Ad hanc gentem, seu communem stirpem, cum prim-

or.

ordia habitationis ceterarum gentium referant scriptores modo memorati; immo, quæ relationum ferrei eorum inserta sunt Scythica non unius generis nomina, in veteri lingua nostra oppido plura obveniant; quantum ad dissipandas pristinas erroris & inscientiæ tenebras, Scytharum *λινψαρα* lingvæ & rerum gestarum enucleata, eademq; cum nostris collata faciant, manifestum est videre. Quantum genti nostræ intersit in illam viam curamqve ingredi, suo exemplo *RUDBECKIUS* præmonstravit. Redarguit ille exterorum sive Danorum sive Germanorum improbitatem, qui partem alieno labore gloriam in se transmovere non inglorium existimavere. Nos, nisi eadem, qua ipse, virtute rem pulcherrimam aggressi fuerimus, exteris, qui saltem habent, deinceps neque difficile erit fundo nostro literario calamitatem eandem inferre, nomen Gothicum ceu adventitium, Scandiæ derogare, sibiqve ceu proprium & *Germanum* vindicare.

§. IV.

SCytharum a **MAGOGO** ortorum, anteqvam ad ulteriora se converterent, solitudinesqve ad arcton & occasum vergentes coloniis suis impleverent, prima sedes **ARMENIA** fuit, atqve inde Arameæ (a) cum lingvis Europæis, præsertim *Gothicâ* mirabilis convenientia. (b) (a)

(a) E *Magogo* oriundos *Scythas* principatum originis tenere inter gentes, regioneque, quæ mari *Caspio* finitima est, populum suum primitus instaurasse, & denique linguam, dispersit totò orbe posteris suis, nomine dotis assignasse, Scriptores ad unum omnes consentiunt, qui dialectis & idiotismo solum gentes a se invicem hodie differre, sibi in proclivi esse putant argumentis sat validis obtinere. An naturalis & primum nato homini vernacula fuerit, ad quam ceteræ omnes reduci possint, hujus loci non est dirimere. Est illud palam notum, quod non exteri solum, sed nostratum multi quoque pro affirmativa sententiam dicant. Qui plura scire desiderat de controversia illa, *BUDDEUM* (1.) & *FUNCCIUM* (2.) conferre potest, qui pugnantibus invicem sententiis eandem novissime disceptarunt. Id observare præsentis est instituti, quod ex *Noachi* posteris, Scripturæ testimonio, nulli sint plane, qui non ex Armenia genus suum arcestant; non *Aramæi* solum, i. e. *Syri* & *Arsyrii*, sed, & illi, qui in prima migratione maria trajecerunt & in Græciam modo, *JAVANE* auctore, confederunt, modo in Italiam, sub nomine aboriginum gentis illius, immigrarunt; et denique illi etiam, qui *Araxi* superato amne, *UGGURE* aliove *Japhetigena* duce, *Albaniam* ingressi sunt, fluviorumque sequuti ductum, utpote *Volgae*, *Tanais*, *Borysthenis*, *Dünæ*, *Duinae* & ceterorum, *Scythiæ* nomen ad *Cronium* usque mare transtulerunt, inibi que una secum, seculis venturis, requiescere jusserunt. Pri-

MORUM

morum temporum Scythas post paulo, quam migrare inciperent, quadraginta duorum generum fuisse *OROSIUS* urget; & de gentibus Ponto conterminis *PLINIUS* ait, quod quæ in infœcunda diffusionem terræ illius convenerint, suasque inde colonias quaquaversum transmiserint, binarium supra viginti numerum impleverint. Inter illas, quæ in septentrionem se converterunt, cum optimo jure suo *WANI* sint reterendi, quinam illi sint, unde dicantur, & quas in nostra gente fortunarum sedes olim & hodie inveniant, paucis in sequentibus delibare nobis propositum est.

(1.) *Histor. eccles. Vet. T. 1. p. 234. seqq.*

(2.) *FUNCCIUS I. N. de pueritia ling. Latin. Cap. 2. tot.*

(b) Gothicæ lingvæ cum Persica convenientiam multis probatum ivere nostratium multi; incedentes, ad hypothesin illam confirmandam, rationibus petitis ex connubiis & commerciis non unius generis cum orientalibus a nostra gente olim institutis, qualia ab exteris exercita fuisse, eorum ægre quisquam probare potest (1.) Iterum alii sunt, qui vocabulorum utriusque lingvæ, ad eandem rem exprimendam, congruentiam urgent. Alii itidem ex locorum & nominum priorum, nec non religionis atque morum *εὐγενεία* & *ὁμογενεία*, nationis utrinque cognationem exsculpunt. ea, quæ fortuito accidisse omnia, adeo non facile adstrui posse videntur, ut magis mirari conveniat, qui in illa rerum omnium, adeoque linguarum mutabili conditione, per spatium plus

minus

minus trium millium annorum, nulla aut certe exigua, in hunc usque diem, in utraqve lingua mutatio deprehendatur. Sunt non nego, qui rationum momenta illa pro meris allusionibus habent, effectis non nisi ad conciliandum favorem fabulis de Septentrionis cum oriente mixtura. Sed quidquid illud sit, certe jucunda adeo nobis accidit collatio, hæc & ex collatione deprehensa cognatio, ut ad detergendam caliginem, quæ passim adhæret veteri historiæ, instrumentum non magis validum aliud & in promptu positum excogitari posse, tam timus certi, quam certissimi.

(1) Arnelium de præstantia L. Goth. vide fr, & ex quibus ille sua habet, Lundium in Zámolxi, & demum in Atlanticis Rudbeckium.

§. V.

AD illam classem nominum, ut puta priorum, quæ in utraqve lingua idem sonant, & juxta rem eandem designant, ut VAN notio (a) omnino referri meretur, quippe cui non omnem in genere aquam modo (b) sed & certas & determinatas collectiones aquarum significandi potestatem (c) usus ab antiquo dedit.

B

(a) Cum

(A) Cum sit hæc vox tractationis nostræ summa & centrum, & latentibus fundamentis difficile sit ad fastigium pervenire, ne, quod proverbio prohibemur, actum agere velle videamur, ad etymologiam vocabuli hujus, ejusque cum re significata analogiam & harmoniam primum respiciendum. Esse illud ultimæ antiquitatis, ex quo rivi & flumina vocum innumera descendant, quæ deinceps dicenda veniunt, planum facient. Sed quamvis sit ita, pro principio & radice omnium primâ venditare tamen non audemus. Interim cum ad noscendum patrem vel solus filiæ hujus aspectus sufficiat, quæ sit universalis radix, unde VAN cum sua familia descendat, in antecessum indagandum venit. Verborum *Signa*, utpote *arbitraria*, ab initio simplicia fuisse, ad modum *primæ materiae*, ad formas quaslibet indifferenter sese habentis, *STIERNHIELMIUS* argute differit. Sub notione simplici *A*, *Aba* & *Abva*, rerum omnium principium veteres exprimere voluisse, non est quod multis obtineamus. *Aquam* verò cum ad conservandum & abolendum vel præcipua virtute præditam, adeoque pro rerum omnium principio palam iidem agnoverint, inde cum elemento simplici, solus simplex ille quoque adnasci sensim agglutinarique cœpit. Et quamvis in diversos tramites deducta vox lineamentorum cum ætate mutationem aliam atque aliam invenerit, nemo tamen erit, qui in computatione familiarum, quæ ex isto primitivo descendunt, non radicem ipsam, ceu gentilitatis suæ

prin:

principem statim agnoscit. Ad illud primæ originis rudimentum, quod in omni lingua prope hodie restat, VAN verbum suam merito originem refert, quippe quod gemina, a calce & a capite adjecta diphthongo, eandem cum simplici suo rem prorsus exprimit. Ejusmodi vero literæ unius vel alterius adjectionem, (ne quid de ceteris mutationibus dicam) in illo linguarum perpetuo fluxu atque transfiguratione, creberrime obvenire, idiomatis nostri exemplis, si opus esset, illustrare innumeris quidem possemus: Sed sufficit duarum in nostro WAN monosyllabo, occurrentium literarum exemplo, V puta atque N, illud, quod urgemus, in planum deducere. N literam nullius non veteris lingvæ, & quidem præsertim Gothicæ idiotismo, ceu augmentum *finale*, verbis adnasci solere, perquam notum est, & Perlarum non minus, quam Mæso-Gothorum sermone loquentium exemplis probari posset. In nostra lingua: barn / wagn / Stan vocabula, ne in superfluis multi esse videamur, ad fidem isti rei faciendam, vel sola sufficiunt. De V diphthongo idem dicendum, quod aliis vocibus illud non sæpe minus *præfigi* soleat. Ab ana & an defectu, Svethicum Wānda descendere, quis non videt? Oden Woden, & Orm serpentem Danicè per Worm efferrī: ab Arg / Warg / lupum appellari: ab Ast, quo amorem veteres Gothi significarunt, Wast derivari, atque Thorvast, Jovis prurientis epitheton inde arcessendum esse, per se patet. Et ad eandem formam WAN & VA-

STAN Gothicam & Aramæam vocem ab *Wa* & *Wit*,
 ceu radice primigenia oriri, & in utraqve gente,
 non omnem in genere aqvam modo, sed & alve-
 is exceptam certis, usqve hodie denotare, pluri-
 bus evictum modo dabimus. De notione *Wa*,
 unde *Abva* & demum *Fan* descendit, illud hoc lo-
 co neqve prætereundum, quod licet filiarum vo-
 cum admodum sit fœcunda, radix ipsa tamen non
 perierit, verum in diversis lingvis simplici forma
 modo, modo literæ unius vel alterius adscititio ha-
 bitu hodiedum ubiqve fere restet. *Simplicem* super-
 esse adhuc & *aqvam* modo generaliter innuere,
 modo *fluvii* in genere & in specie notionem subire,
 notissimo notius est. In compositione verò, cum
 ad cognationem & augmentum literarum, quod
 in genesi lingvarum naturæ quoddam artificium
 dixerimus, minus attenderent *Critici*, ut a via sæ-
 pius, idqve non simplici vice aberraverint, inde
 quoqve factum invenimus. Literæ autem, cum qui-
 bus *Wa* primitivum præcipuè conjungi vult, sunt
 U. & L. & R. quæ cum simplici suo *eandem* i. e.
 latiore & strictiore significandi rationem sibi
 communicatam habent. Sic *Ur* nomine, unda &
 fluvius in genere quilibet, & in specie amnes Ger-
 manicæ multi, Helveticique insigniuntur. Ne de
 Armenis (Arimannis *Uindner*,) Araxi, Ar osia,
 Ar-bogia, & quæ in utraqve *Scythia* invenitur, *A la-*
nia, quid dicam cum suis, à circumfluâ aqva, nec
 non ostio & flexu amnium, derivatis appellationi-
 bus (1.). Ab *Au* & *Eu* nulla non *Germanicæ* loca,
 im-

immo *Fenningiae* nostræ quoque urbes & regiones, quæ aquas contingunt, vel desinunt vel incipiunt. De *L* epenthetico idem dicendum esse, *Alrunae* seu potius *Aurinae* nomine, inter najades gentis nostræ fatidicas olim notæ, itemque *Alfatiae*, *Alburgi* (*Wân. dilebo*) & demum *Alagard* promontorii in Norvegia famosissimi, aliisque infinito numero exemplis probare possemus, nisi instituti ratio ad alia nos avocaret. Quomodo vero Asia, Africa & Europa ab eadem radice sua quoque nomina arcessant, in sequentibus visuri sumus.

(1.) Ar, Aer & er, unde æra latinum, pro diversa pronuntiatione runae (✕) diversimode efferi solere, Vildium vide *Inrod. in hist. Speth. Pufend. pag. 94.*

(b) Ad VAN vocem, quæ de *VANIS* dicenda veniunt, omnia referenda esse modo diximus. Radicem, unde venit & effloruit denominatio, digito quoque attigimus. Natura ne, an vero ad placitum aquam significet, hujus loci non est inquirere. Sufficit dixisse ab ultimis retro seculis, exprimentæ rei isti, pro nota characteristica intervuisse, idque non unius populi, sed omnium tere usu consensio-neque. Ut ab *Asia*, sationis humanæ omnis, adeoque lingvarum origine ultima ordiar: In *Perside* aut si mavis *Armenia*, VAN palus incluta est, *Sacra* olim habita, *PLINIO* præsertim, quod immissa undis suis corpora gravia submergi absorberique, non nisi ægre patiatur. Ab illâ matre, ut ita dicam, lacuna, seu verius: aquæ generatim sumtæ notione latices aquarum alii, una cùm urbibus & regionibus fini-

finitimis, suam inde quoque denominationem invenere. Ne de *TEIVAN* (*Thiodwan*) pluribus & procul ab invicem distitis Asiae & Africae urbibus, quid dicam, quarum alterutram à *TEIVAIN* Scytho Gothorum in Asia rege, *Darii Hystaspis* æmulo (de quo *Perringskiöldius* in not. ad vit. *Theodorici*, p. 622. seq.) si quis dictam velit, à vero forte non procul recedet. Adjacet inde paludis modò memoratæ aperto littori, in *Churdistania* quoque (1.) *VAN* urbs celebris atque munita. Araxen fluvium, hodie *Ura* prope contingit etiam *NACHSIVAN* (2.) (*Naufswan*) a *NOCKO* & *Necfur* olim forte cognominata civitas, (3) quam, cum pro gentis suæ antiquissima incolæ ipsi habeant, *Noachi*, aut si cum profanis loqui velis, *Inachi* & *Neptuni* inter filios orbis divisionem in suo nomine refricare, non temere quis subsumere posse videtur. Abs ripa dicti modo fluminis *ERIVAN* urbs magna non procul abest; neque nominis ejusdem prope, *lacus Irwan*, qui cum alveo suo contineri nequit, quidquid aquæ superfluum fuerit, *Araxi* primum miscet, & per regionem *SCIRWAN* demum in mare devolvit. *Scirwan* / *lustralem undam* nomine suo exprimere, qui veteris lingvæ gnarus est, ignorare nemo potest (4.). *Perlas* autem & *Armenos* Scythismum olim (5) professos, lotionum ritus nullos non a *ZOROSTRE* primum edoctos, ad hyperboreos olim transmisisse, immo in sua religione usque hodie servare, qui Persica tractant, scriptores consentiunt universi, in nuperis etiam *OLEARIUS*, qui de se *Cyropoli*

Poli (Schamacai) degente perhibet, quod Iusticia
 sacra inibi, prisca religione celebrari, præiens i-
 ple adspexerit. Immo non aquam modo, victimis
 cæsis coluisse, verum in honorem solis, equos et-
 jam litasse *Persas* ex *XENOPHONTE*, *JUSTINO* & *CUR-*
TIO, plus satis notum est; ut ex quo stipite efflo-
 ruerint, Gothi nostri sciant, quos, præter aquam,
Joleni solis festo suo, spumante equi cruore asper-
 gi, minime dedignatos fuisse, ex *Herboræ* historia
 non uno in loco videre est. Sed non *Perfidis* re-
 gione sola nomen & religio vetus illa continetur.
Sinicae gentis, inter Asiaticas ultimæ, ejusque cum
 Gothica, lingvæ conformitatem, itidem sub ex-
 emplo *VAN* vocis, locum aquis pervium exprimen-
 tis, *RUDBECKIUS* filius evincere conatur. Item de
 classis Svethicæ pridem præfecto *Bergensfierna*, con-
 cionis tenebris parte ultima testatur auctor, quod
 in *Siam*, Indiæ vicino regno, ejusque metropoli co-
 lossæam deastri *Wansyl* statuam oculis suis con-
 spexerit; quo nomine non alium quam pelagi ar-
 bitrum & curatorem, homines indigitare voluisse,
 tanto magis probabile, quanto de nostræ gentis
indigenis constat, quod, quamdiu agriculturam ne-
 scirent, sub nomine *Necfur* & *Frejer* & *Wanagod*
 idem numen, eadem opinionis vanitate adorave-
 rint. Non dubito fore, qui sicut ceterorum etyma
 nominum, ita hujus quoque vocis origines solici-
 te investigatas pro *alliteratione casuali*, eademque
 non raro coacta vendicabunt, cui vim veri omnem,
 immo speciem illius adimat historia, adeo non
 con-

consentiens cum conjecturis etymologicis ejusmodi, ut in omnia alia semper fere discedat. Postulantur novitatis, sine dubio, quæ in exemplum adducta sunt vocabula Persica, utpote quorum veteris memoriæ nulla plane in annalibus supersit recordatio. *Scirvan* regionem hodiernam, itemque *Cbusistaniam*, alteram *Mediam* olim, alteram, *ÆSCHYLO* auctore, *Cisiam*, faucesque, quibus illa aperitur *Susidas pylas*, *POLYÆNO* & ceteris Græcis dictas fuisse, ut alia, quæ infinities cumulari possunt, exempla transiliat oratio. Verum obtentui datam suspicionem illam non difficulter explicabit, cui ad veterum nullarum non gentium, præcipue vero *Græcorum* morem attendere volupe fuerit; quibus vel præcipue illud vitio dari solet, quod gentes distitas notis sibi nominibus insignire soliti fuerint, ut famam aliorum promte magis invadere & solis sibi usurpare possent. Notavit morem illum suo ævo quoque *JOSEPHUS* & de *Gomari* Japhetigenæ posteris, quod non *Gomaritæ*, sed *Cimbri* & *Galatæ*, qui a *Javane* nati essent, non *Javanitæ*, sed *Jonii*; & qui alio magis, quam *Medorum* nomine olim *venere Caspii* maris, ad *occalum*, *accolæ*, peregrinæ gentis tessera illa insigniri meruerint. Sic veteris *Hunlandiæ* nostræ incolas, non *Hunnos*, sed *Cynesios*, *Cynocephalos* & terram eorum *Cynetem* a Græcis & Romanis appellatam fuisse, *RUDBECKIUS* observat. De *TACITO* certe constat, quod illi plane infreqvens non sit Romanorum appellationes Germanorum idolis applicare; a Græcis, sine dubio, doctus morem illum

lum vetera pervertendi; quippe de quibus iterum *PLATO* fatetur ipse in *Atlantico*, quod *Hyperboreorum* Deorum & alia multa barbarorum nomina, suo ævo itidem in linguam suam transtulerint. Illud vero antiquitatis testimonium, quantum ad solvendum dubium illud valeat, saltem valere debeat, vel me tacente, quisque videt. Unà cum *Alexandro* orientis domino appellationes Græcas pro barbaris passim substitutas fuisse, in Criticis suis *CLERICUS* evictum dedit. Ante illam ætatem, quæ veterum Scytharum fuere, nomina valuisse, & ab immigrantibus in pristinam hæreditatem posteriorum temporum *VANIS*, puta *Gotibus* atque *Vandalis* iterum restituta & postliminio recepta fuisse, qui de illorum in Indiam usque, bellorum & commerciorum causa, prolatis sedibus noverit, pro non improbabili habebit. Sed è diverticulo ad ea, quæ de *VAN* vocis, apud arcticas gentes usu, dicenda restant, revertendum.

C

(c) Cum

(1.) Regione *Persidis* ut & populorum vicinia illa, locorum nomina per *Stan* terminantur plurima: *Indostan*, *Curdistan*, (aulæ sedes, à *kurtis* & *kurticis*, quod aulam & aulicissimum vernacula nostra notat) *Turkistan*, *Dagestan*, *Fanistan* contra *Pastan*, ut cetera prope infinita taceam. In nostra lingua actionem & locum standi vocabulum idem significat, utpote in illis a *Stan* & *Stain* compositis: *Tilstand*, *Stilstand*, ubi litera non-raicalis à fine suffigitur. pro diversa dialecto iterum n finale eliditur, resento paragogico, utpote vernacule idiotismo eodem: *Erstad*, *Eidstad*, *Nystad*, quæ per *Erstan*, *Eidstan* & *nystan* alibi iterum exprimuntur.

- Gothis Stain, Halstain, Dulstain, Sigstain [Sixten] nomina propria sunt. In Persica lingua sedem & rei in-aedificatae solum, adjecta syllaba illâ, exprimere LUNDIUS in Zamolxi, & VACHERUS in glossario testes sunt. Citantur ad finem prioris libri, dictionum ab utrinque amicitiae mul-tae & manifestae. neque dubito, quin iis sit facillimum ex-rundere cognationem gentis atque linguae propriorem ad-huc, qui utriusque populi antiquitates, me melius, edidice-re. Onomastica, quae ab exteris consciuntur, hunc actum aegre solvent. Solent illi nempe vocum usitatarum solliciti esse, & quae obsoleta fuerint eademque originum suarum retinentiora, parum attenti curare, unde de cognatione exi-stente, an vero deficiente, certi quid excerpere nemo potest.
- (2) Nachhivan ad montem Ararat sitam urbem cum subjun-cto territorio, locum maris opportunum & primorum post diluvium e navi egressorum stationem denotare, vir nobiliss. H. Brennerus, qui in illis locis nonnullo tempore versatus est, una cum Persicae gentis Geographis agnoscit. vide de origi-ne Armenorum commentarium illius p. 56.
- (3) Belluam marinam sub nomine Necca apud Persas famo-sam, naves eversere, & vectores deglutire solere, OLEA-RIUS testis est: Is, qui in aquilone aquas subeunt, a Necken (aquatico numine) jugulum identidem frangi solere, qui de fabulis vulgi quidquam novit, nemo nescit. Holmiae Neckerum pueros mari sese lavantes vapere solere, Huetius in comment. de rebus suis, perhibet.
- (*) Ab Esivan & Aras xirum Aravan Tigranis Armeniae regis filius suum nomen, an verò ab illo urbi suam appella-tionem sortita sit, quibus Persica in promptu sunt me melius videbunt. consersis Brenner. Orig. Armen. Reg. pag. 12.
- (4) Regionis oram istam a Scirwan Schack, Persici prin-cipis proprio nomine, denominari vult OLEARIUS. Post

Odinum non multo, Suetbiae princeps nomine eodem prope inclaruit. Veniebat autem Scirae nomine idem, non alio intuitu, quam quod animi & corporis iustrationes summam cum religione celebraret assiduo. neque Scirri, gens Scythica suum aliandae nomen magis commodè arcessere posse videtur. Scirland & Wodland Anglis obsita silvis regio, & iisdem iteram purgata dicitur. Plura de vocabulo Gothico Scira purgare, & sacrorum inde denominatis ritibus diversis, qui scire desideraverit, conferre poterit Adieff. magni German. tribunalis WESLARIENSIS, D. D. Nettelbladii Biblioth. Suetb. Tom. V. p. 194. seq.

(5) Scythiam um inter religiones post diluvium primas & capitales EPIPHANIUS refert. conferat Coll. III. 12. item Budd. Hist. Eccl. V. T. 1. p. 241.

(c) Cum quantum ad universi sustentationem, praecipue vero humanae vitae necessitatem aperte conferret aqua (1), nostri orbis indigenae viderent, tempore & loco licet illi quoque disjunctissimi, inter notiones communis indigentiae cognationisque, quarum ultro citroque migrantes observantissimi tuere, de KAN voce, ne quo fato inter ipsos aboleretur, aut temeraretur, impendio laborarunt. Id verò ne gratis assumisse videamur, collectiones aquarum, quae per Europam nomine isto veniunt, ab eodem descendunt, aut saltem crebro cum eodem miscentur, enumerare iuvabit. De A, Ar, Au & En monosyllabo, quod pro omni generis humore accipiatur, & in designatione locorum aquis adjacentium, simplici etymo cuique praefigi modo, alibi vero suffigi soleat, jam ante monui-

mus. *VAN* ejusdem simplicis & vetustæ protapiæ, fatum ab antiquo idem obtinet. In *Scandia* & quidem præcipuè *NORVEGIA*, nulla non flumina & stagna perennis aquæ *Van*, *Wanjan* & *Vand* dicuntur; quorum cum multa in unum alveum conveniunt, receptaculum magis apertum illud, non *Van* amplius, sed in plurali *VAENER* dici meruit; modo quo a *wann*, ejusdem originis potestatisque voce: *Wäster*, *Wätlehäräd* / & quæ utrique lacui media interiacet *Watsboensis* præfectura & denique *Wantsholm* / *Batholm* / *Watunnis* (promontorium septentrionis ultimum) tuam denominationem invenerunt. De lacu *WANER* pronior deinceps locus dicendi dabitur. Huc pertinet, quod cum *Aramata* palude, unde nomen habet, figura & amplitudine ille plane congruat. Implet utraqve circiter sedecim vel septendecim miliarium spatium, & quam duplicatæ bulgæ (*bilg*) figuram in imagine, illa exhibet, eandem palus nostra, cujus alter tollis *Dalsbotwammen* dicitur, in effigie sua quoque repræsentat. Quin, quemadmodum a *priore* priorum nominum compositiones plurimæ sunt exortæ: Ita qui membranulâ Norvagiam pictam modo viderit, passim eandem aquæ appellationem, ejusdem rei eandem notam characteristicam offendet; unde de lingvæ cognatione & gentis utriusque una origine quis æque promptè persuaderi potest, atque *Nereidum* Nympharum cognationem ex facie non omnibus unâ, sed neque diversa multum, Poëtæ in proclivi erat colligere. De ceteris Europæ regnis,

cum

cum quibus *Scythae* olim & inde *Gothi* miscemur, idem dicendum. *MOSCHOVIA*, quæ Scythicas paludes hodie quaquaversum respicit, quod *VA-NOS* in adventu primum illa receperit, & per flumina sua in ultima septentrionis devehit curaverit, *Venbaema* palustris regio, sicut & ipse amnis isti provehendo instituto idoneus, *Wina*, *Dwina* eodem prope nomine dicitur. Non alio quam *Vaeta/abed* cognomine, quo cum *Witsehäräd* Gothiæ ad Albim parva portio coincidit, *GOTHO-DANICI* maris insulas olim dictas fuisse, notum est. In vicinâ *CHERSONESO* *Wændö*, *Wändslebo* & *Wandsyffel* præfectura occurrit; cujus cives, *Vendelicos*, urbemque eorum, æquo cum *Austriæ* *Vienna*, si non potiore jure per *Vindobonam* efferri posse, nemo non videt. In *NORDALBINGIA* ab *Hamburgo* prope distat stagnum & oppidum *Fans-baeck* non incelebre. In vetere *GERMANIA* notissima est *Vangionum* natio, quam, intercalato *g* epenthético, a *Van* dici tanto minus dubitandum, quanto in illam *Danicæ* originis etymologiam *Germani* ipsi consentiant, (2) & insuper certo constat, quod ex *Norrigia* egressi, (3) in aequali *Rheni* ripa confederint, & juxta ob peritiam rei maritimæ nullis non præmiis abs *Cæsaribus* priscis affecti fuerint (4). In *BELGIO* (5) *Ländt van Wan* occurrit, cujus incolæ utrumque maritimæ parti *Ceylon* insulæ, sub eodem nomine colonos dederit, an *Vanias* *Länder* ante tractus ille dictus fuerit, quam ab *Europæis* sulcari inciperet *Indicum* mare, certi nunc nil dicent.

cendum habeo. In *PANNONIA*, quam *Vannoniam* non temere quis dixerit, *Van* & *Vanium* nomen innotuisse pridem, *Vana* Croatiae fluvius & regnum *Vanninum*, de quo plura modo, plane perspicuum reddunt. In illa *NORICORUM* & *VINDELICORUM* sede cis alpina lacus *Venetus*: trans verò juga ad meridiem glacialia illa, gens *VENETA* primum occurrit, Cimbrorum, secundum *AVENTINUM*, colonia, & ad Athesin *Vania* *PTOLOMÆI*, (6) amphitheatri vestigiis incluta, claret. In *BRITANNIA* *Wansdik* admirandi operis fossa, ipsumque (ne de aliis locis quid dicam) *Fugo = Wan = dunum* *Londonæ*, tergeminata aquæ in nomine suo mentione injecta, quantum isti elemento veteres tribuerint, & in sulcando fundo illo cupide elaboraverint, exprimit. In *HISPANIA* *Vandalusia* (*Winalut* & *Vandalut*) prostat. In *FRANCO GALLIA* (7) *Vasconia* *Wasgau* celebre nomen est, quam ad formam *Land Gothiæ* (*Languedoc*) *Wasgotbiam* *JOHANNES MAGNUS* dictam vult. Ab illa regione, *Wannas* emporium non procul distat, cum *sparsis*, vicino mari, insulis suis ejusdem nominis. Promontorium nostri orbis ultimum nomine eodem venire, jam ante dictum fuit. Illud verò non consilio, sed fortuito accidisse, qui de gentium *Normannicarum*, inde ab ultima hominum memoria factis ultro citroque migrationibus quidquam noverit, agrè sibi persuaderi patietur. Sed quorsum isthæc pro re brevior, pro instituto verò longior unius vocolæ defensio? Ut ex illius sarta tecta que duratione neque immutata signi-

significatione, quantum eidem auctoritatis insit ad obtinendam, quod volumus, monstrarem. Quod enim de legibus Gothorum notum est, ob miram in brevitate concinnitatem suam, a liberis gentibus hac illac receptas esse, id de lingua eorum dicendum etiam, quod quæ *RODERICI Toletani* ævo, per Daniam, Norrigiam, Flamminiam & Angliam idiomatibus distinguebatur saltem, eadem in longius remotis terris verborum traduces, in ceteris *VAN* etiam, incolatus sui non inficiandum monumentum, reliquerit.

(1) *Ex aqua generationis & fluxionis & motus omne genus descendere, veterum sapientes ad unum omnes fere statuisse, in Theateto PLATO auctor est. p. 118.*

(2) *Cyr. Lentulus Germ. pag. 313.*

(3) *Biörners introd. ad hist. sept. p. 19.*

(4) *Cellar. Geogr. Tom. 1. pag. 311.*

(5) *Germanicam, Belgicam & Angliæ linguas nepotes esse lingg. septentr. Hic kelsius Anglus ipse agnoscit in erudita sua de lingg. septentr. utilitate, praeliminari dissertatione.*

(6) *Cellar. Geogr. antiq. 1. pag. 693.*

(7) *Franco-Gallorum quæ hodie est, gentem florentissimam stirpis ab arcto flamma prima sua arcescere, non nomen utrumque modo, sed domi forisque testes multi etiam, Turnebus & multi alii adstratum ivere, qui ex Sinu Codano erudisse Francos, & peregre fora atque iudicia Gothorum semet inter constituisse memorant. Conferfis Hotomann: Franco-Gall. Cap. IV. & V. itemque Vachterii glossar. p. 474.*

§. VI.

VAN notionem ex Scythia sui originem arcessere, significatuque principali suo (a) AQVAM denotare, modo diximus. Immo dubitamus neque migrationes post cataclysmum primum factas (b) ad Scytharum gentem vel præcipue referendas esse. Quin, cum in illa dispersione, terram, quæ patet, non nisi silvis horridam & paludibus foedam (c) homines invenirent, adeoque præter geminam venationem, aquatilem (d) puta terrestremque, sustinendæ vitæ non alia suppetere instrumenta, inde qui commoditates littorum opsonandi gratia respicerent, VANOS (e): ceteros vero, quibus in silvis & sagittis vitæ conservandæ spes omnis sita erat, proprio nomine SCYTHAS (f) appellatos fuisse credibile est.

(a)

(a) Pene quidquid loquuntur homines, figuram esse, vere nonnemo dixit, etiam de illo, qui hodie est multiplici ad sermocinandum humani generis apparatu. De raritate *Signorum*, ævo rudiore illo, istud multo magis dicendum, quo defecti homines specialibus signis ad exprimendum animi sui sentia, ea, quæ primæ inventionis essent, verba, pluribus exprimendis objectis, quæ convenientiam relativam habere videri poterant, accommodavere. *VAN* primitivo nomini nostro eadem, ab antiquo, fors manet, ut de robusta antiquitate illius vel exinde tuto quis conicere possit. Antequam enim cum tempore supplementis verborum novis locupletari linguæ inciperent, præter *aquam*, indigitandis aliis rebus multis intervillisse constat. Quæ simplex & significativa vox, in compositis: *defectum*, *opinionem* & cum *fluctuatione* conjunctam spem designat, utpote in illis: *Wanrogen/ Wanvettig/ waonlōs* (sine spe), *Wanškapt/ (1)* & quæ cetera ex indice Vereliano innumera peti possunt exempla. A *VAN* aqua verò oriri, & inde genus suum arcescere omnes istas acceptiones, *SACER* ipse *CODEX* non obscure innuit, cum difficultates & ærumnas, unde exigua superest elabendi spes, per *aquas* multis in locis interpretatur. Sed sunt non illæ solum in *VAN* voci, notiones connexæ. Plures adhuc generationes in apricum dare, calculumque vel addendum vel subducendum Lectori porrigere non pigebit. *Venus*, *Wanadis/* e mari orta amoris Dea (a fragga *spuma*, Gothis *Freja* & Græcis *Aphrodi-*

te dicta) annon à Wan & Waen/ ceu origine gentilitia, & inde vocabula Latina (2) & Svethica (3) multa derivantur? Id scio *aquam* rei veneræ symbolum olim fuisse; apud *Orpheum* amorem nuncupari *Pan* & *Fan*, quod ex *chao* ille primum proruperit; & demum *amoris deam*, nullis non gentibus, quæ *aquam* pro numine coluere, religione maxima, quamvis perverſa, honoratam fuisse; quorum respexit sine dubio etiam *Flori Dani* auctor, cum Cimbricam suam *FREJAM*, ne *Venerem eam* quia *nesciret*, super pontum exspirasse refert. Gothicas *Veneres*, hodie *Qwennor* ex *Waen-hedis* (*Venedis*) oriundas a patria *Wenland*, & hanc demum a *Wan* & *Waen* primitus dictam fuisse, nullus dubito. Quidquid vero literarum adjectum fuerit, sit illud sive *Cb*, sive *Qu*, a pronunciantibus, vel euphoniæ gratia, vel *Scythicæ* brevitatis rædio, adjectum cenſeri potest. Interim prothesin ejusmodi, septentrionalium linguarum dialecto, verbis & vocabulis sæpiuscule semet insinuare solere, *Chunni* (*Hunni*) *Cholmgorod* (*Holmgård*) *Chasgar* (*Usgard*) *Dwina* (*Wina åhn*) & innumera vocabula alia eandem sortem experta, plus satis indicant. A *Van* & *Ven*, quæ alia descendant vocabula, si quis scire ambit, *RUDBECK. Atlant. 1. 30.* evoluat, & in promptu habebit complura, in quibus nominis hujus potestas latet; immo videbit in nullis non terrarum locis, etiam *Romanis*, pro conjugii & amoris *DEA* habitam esse *VENEREM*, sed nominis *originem* multorum eruditorum, etiam *CICERONIS* torſisse & defatigasse ingenium. (1)

- (1) Cetera inter cognomina Eddaë, Othino eributa eminent poeticum illud etiam, quo Nidur b e. Wanstapt diur af hafivet, monstrum marinum dictus fuit.
- (2) Philologi, si ad ea, quae in nullis non linguis supersunt Aëthava matris linguae respicere vellent, stirpium suarum radices inde feliciter spero, quam aliunde ad manus habituri essent. Sic exempli loco adjectivum: Vanus, Vana Vanum. Illud ex valde & anus Patres illi componi volunt. sed quae derivatio atque vix civilitatis digna videbitur, qui à Van aqua, cui solidi nil subest, commodum magis derivari posse existimabunt. Qui sanguinis fluxui quantum aquae immixtum sit, non ignorant, sicut Gothicum Udr ab Ua: ita a VEN venam (fluoris sanguinei alveum) derivari, non incommodum iudicabunt. Qui quid philtro venenati insit, quamque aquas veneno inficere olim magis, quam hodie usitatum fuerit, norunt, a Venere, venenum, utramque verò a Ven non incommode arcessent. Venerem maris Deam esse & venationem dari aquaticam ante diximus. E. venari a Ven dicitur, & sic in ceteris plurimis.
- (3) Waonen, unde Waoning casa piscatoria in scopulis excitata [P. Claussen Norvegiae descript.] annon a Vanis, litoralium partium primis omnium cultoribus? Inde verò Juvånare, INGEVONES Taciti, mari proximos, eisdemque indignas gentis nostrae olim cognominatos fuisse, primum erit videre. Sed est non horum modo conjugatarum tò VAN primum & commune vinculum. Nominum propriorum ut & cognominum a Wan incipientium aut desinentium, quis quae- so numerum inire potest? Aravan Armeni, Tigranis filii, quem Alexander M. occidit, in historia Armenorum regum H. Brennerus mentionem facit, (vid. de origine Armenorum p. ante modo citatam.) Odini filiorum in EDDA Wanthior unus, idemque Aste, thov alibi dicitur Wanland & Watner, Sverbiae alter, Agdensum in Norrigha hic regulus: Wanani,

Wananidur Vanorum progenies, Wandausin baptismus, Wannenaur bumida anni temperies, Wiswan (Gothica dialecto Wis, Wiswa) b. e. aqua ex alpibus deciana & per Gothorum Albim in mare restua, notiones vernaculae sunt a Wan, cu communi fonte ortae. Et ad eandem formam: Swan palustrem avem, litera a capite demta unica, & Wan dici, vix quemquam ambigere posse spero.

(b) Sensibilis mundi hujus ab initio creati, per diluuium prope submersi, & demum, uno seruato homine cum familia, restaurati memoriam, etsi corruptam, non solum Græci & Romani, sed gentes septentrionales etiam anxie seruarunt. Memoriam rei & eventus illius non uno in loco repetit nobiliss. Dn. BIOERNER, ut quam non contemnendum de diluuiio Noachico, & perinde gentis utriusque commercio, majores nostri testimonium præbeant narrationis Mosaicæ veritati, e propatulo quisque videre possit.

(c) Cælum triste & sterile solum malignè sustentasse nullius non terræ indigenas primorum temporum, in unum sacra & civilis consentiens est historia, neque TACITI illud modo, pro testimonio, effatum pluribus in locis prostat, sed & ceterorum plurium veteris orbis scriptorum, qui in genere de plaga septem trionum hacce testantur, quod paludibus impervia, nec non silvis & solitudinibus ubique impedita fuerit. Adeo ut mirari subeat, qui primogenitis suæ regionis aureos montes, aurea secula & agros sine semine pascuos vicini nostri assingere sustineant, & demum ruinoso substructo fundamento illo, pro vero venditare, quod

quod cursum ab oriente non in aliam, sed suam præcise Germaniam coloni primum direxerint, ibi confederint; mox alpihus superatis *Italiam*, & denique *Scandiam* scopulis infamem hancce, nescio quo præfultore capro, *Wistione* subierint. Fautricis naturæ loca, pro capiendis sedibus, mortalium vetustissimos circumspexisse, non negari posse videtur; præsertim illos, qui molliter & disincte vivere jam ante adveti essent. Verum cum sit illud quoque notissimo notius, quod, quemadmodum arborum atque frugum, ita hominum ingenia quoque ad patientiam locorum, quæ se primum obtulere, natura induraverit, frivola & levior omni pluma ista pro antiquitate *Germaniæ* suscepta defensio, primo statim intuitu apparet; tanto magis, quanto parum inde laudis nationi accederet, si, qui primi, quamvis *incerti* *Italiæ* satores salutari volunt, vitæ civilis cultu, suis ibi nepotibus posteriores *certo* sint habendi. Quod *Scandiam* attinet, cum indigenatus sui memoriam ab ultimis retro temporibus repetere possit, vestigiisque, quæ supersunt veteris ævi, nullis non suæ gentis antiquitatem illustrare queat: contra vero Germani eorum, quibus incerta sua certa facere possint, umbram neque ullam ostendere queant, non immoderatus ferent, spero, si in problemate dato, scientiam nostram esse dixerimus non *possibilem*, quatenus esse possunt, sed eo usque evidentem, ut indice vix amplius aliquo, ne dum *erudito* opus habeat. Eset heic veritatis in planum deducendæ illius campus idoneus,

neus, sed cum otium laboris illius paulo ante nobis fecerint nobilissimi viri; *BIOERNERUS* atque *MOL-
LERUS*, cujus utriusque in id omnis opera locata est, ne *Patrio amori* jure quid detrahatur, quæ in vicem spicilegii forte adhuc adjici posse videntur, alii tempori, si volet *DEUS*, reservamus. hoc loco monuisse contenti, de nobis, non primore, sed ultimo Germaniæ loco positus *Scondiotis*, illud *TACITI* testimonium apprime convenire, quod exterarum, non dico familiarum, sed gentium adventu usque hodie *nullo*, nedum olim, mixti simus. Et demum, quia conveniunt etiam, quæ de *indigenis* non terræ sed mari *advectis* statim subjungit auctor, illud iudicium nos quoque admittimus sanctitate juris eadem, qua injuria vicini illud detrectant, cum ad regionis situm nutumque suum parum apte accommodari posse, vident.

(d) Præsuppositis, quæ de *Aa*, *An*, *Abva* & *Van*, primi & secundi elementi notionibus, earumque ab ultimis retro seculis homogenea significatione jam ante dicta sunt, ad priscae gentis illius, quæ maris sinuum, fluviorumque divortia magna lubiere, & ex re natâ illa, propagandæ vitæ alimenta & munimenta, nomenque ipsum demum haulere, historiolum quantumcunque concentonandam, propius accedendum. Dico *concentonandam*; quid quid enim de *VANIS* dicendum superest, ex fabulis & dispersis annalium fragmentis omne excerpendum. Ut autem magis in confesso sit, quod non aliunde, quam ex *aqua*, vena fecundante illa, de
nomi-

nominationem invenerint, ad singularem veterum in nominibus imponendis sapientiam primum respiciendum. Quod ad naturæ qualitates præcise adverterint primi nomenclatores, non ego dico, postquam de Adamo certo non constat, utrum ab attributis internis omnis illius sit desumpta nomenclatio, & insuper experientiæ illud omnino congruum sit, quod accidentia & formam rei externam, & denique incolarum situm & positionem *ἀνατολικῆς* suæ regulam omnes tere sint sequuti. Quidquid sit, de tribuendis rebus ejusmodi signis, quæ conceptui responderent & memoriam juvarent, admodum sollicitos fuisse, etymologiæ, quæ in vocibus pulcherrime semet pandunt, plerumque inartificiales & plebejæ, passim demonstrant. Ad *VAN* verò, ceu communem stipitem, *VANOS* gentilitatem suam omnem referre, adeo omnibus in promptu positum est, ut ad patrem notandum vel solus aspectus sufficiat. Sed non sufficit patris nomen scire ejusque etymologiam solum excussisse. Exinde enim cum quid in ipsa re sani & integri sit, conicere nemo potest; ergo quæ tamæ celebritas, nomen, Asiæ & Europæ finibus contentum exceperit, insuper dispiciendum. Vellem ad tempora illa retro ire possemus, quibus in certam gentem convaluere & sub nomine isto orbi primum innotescere cœperunt *VANI*. Vellem loca, quæ primitus incoluere, pari ingenio a me investigari possent. Sed cum sit illa plus quam infiniti moliminis res, quam sua ætate *JORNAN-*
DES,

DES, opibus licet instructior, neque emoliri potuit, nobis cum historiae *GETICÆ* conditore illo factis erit minutos, de priscorum stagnis, pisciculos legere, & si qua eorum in Scandiam immigrationum, seu potius emigrationum vestigia offendere poterimus, eadem quasi in transcurso indicare; quamvis de vero ad Tanaim & Mæotim situ *Vanlandiæ* scriptores & geographi ipsi neque conveniant. De *Asciburgianis* ad Bosphorum *SIRABO* narrat, quod in illo mundi angulo *aquarius* regnet, hominesque horrendum in modum teroces efficiat. Per *aquarium* pugnaces freto *VANOS*, *Asgardiæ* finitimos innuere, probabilis admodum conjectura est. *TORFÆUS* *Vanorum* patriam esse vult *Tanaim* inter atque *Volgam* sitam regionem, gentemque ad Bosphorum *Cimmerium* inde terminos suos proferre ait. Prædecessorem in illam opinionem, citat *SIURLONIDEM*, sed cum non de *Scythia* in genere, sed *Svetthiâ* magnâ & *Tanai* amne, qui per illam funditur, *SNORRO* testetur, quod tractus intra illum annum *Vanbeimi* nomine venerit, *JOHANNEM Magnum* nostratem magis commode scopum attigisse dixerimus, cum de gentibus, *FILIMERO* duce, ex *Scandia* egressis, ex *JORNANDE* perhibet, quod qui *citra* paludes manserunt, principatum omnium illarum *Scythicarum* terrarum, quæ post eorum terga usque ad finem *VENEDICUM*, longo & lato tractu porriguntur, assequuti sint. Illum vero globum hominum trans *Tanaim* non egressorum, cum *Vanos Gothos* ingenue & aperte appellet *SHERINGHAMUS*, respiciens

ciens sine dubio ad *Ovim* JORNANDIS regionem, e-
 jusque incolas *Ovinmones* Ptolomæo & *Ovinnónios*
 Dioni memoratos, ultra Scandiam, Vinnoniæ in-
 super Moschoviæque sinu, olim locatos fuisse VANOS,
 nulli dubitamus. Abest ab illa sententia neque
 longe VEXIONIUS, cum prolatis finibus, VANOS ex
 suo nomine mare & sinum Venedicum, regionemq̃
 a Moschis hodie infessam *Waenhama* & *VANHEI-*
MUM cognominari voluisse observat. *RUSSUM*, lingua
 Esthonica *Waend* dici, vir Illustr. *HERMELINUS* in o-
 riginibus Livonicis suis observat, Venedorumque
 nationem per Russiam, Livoniam & finitima, im-
 mensis olim spatiis diffusam fuisse, ex *Bangerto* Hel-
 moldi scholiaste accuratissimo, colligit. Scio Vene-
 dos cum *Vanis* confundi minime pati posse non-
 nullos, ideo in primis, quod domi suæ *VENNI* ne-
 sciant isto semet nomine appellari. Sed quid ob-
 stat, obsecro! quo minus in gentibus *ἐτερογλώσσοις*,
 iisdemque promiscvè olim habitantibus, qui do-
 mi *Suomalaiset*, iidem *VANI*, eadem, quod ad signi-
 ficationem, notione appellari potuerint? Sed sit
 illud dictum de pristinis ad Tanaim sedibus *VANO-*
RUM. Istud majoris indaginis esse videtur: u-
 trum non gemina æra, & diversa omnino tempo-
 ra sint habenda, quibus in boreales terras hæc
 immigratio eorum acciderit? Aboriginum *una*,
 quorū *Vandalorum* & *Venedorum* hinc inde emi-
 grantium, turba sit referenda; altera vero eorum,
 qui *Odini* præstigiatoris comitatu immixti, longo
 post tempore incolatui priorum sese insinuavere?

De hoc posteriore ejusque affectis, *EDDÆ* testimonium non inficiandum prostat, quod cum regionem nostram primum ingrederetur, non religionem modo, sed & nomina ipsa Deorum, quos jam ante indigenæ coluissent, assumerint, hosque fraude opportuna illa permoverint ad eadem cultus & observantiæ officia sibi præstandum, quæ numinibus vetustis suis ante detulissent. De *VANIS* idem opinandum, nempe cum primorum temporum mortales ad mutandas sedes invicem semet propellerent, cum *Othino* primo, *Atin* & *Alfander* dicto, (1) brevissima, eademque exercendis venatibus commodissima viâ, arctoræ plagæ eos sese intulisse; quemadmodum, cum altera colonia *Asianorum*, iisdem sedibus excita se movere inciperet, de iisdem locis, puta *VANIS*, neque dubitandum, quin veteris *Odini* per *Saxoniam*, *Svethiam* & *Britanniam* iam ante culti *Sacerdotem* sequuti & *Scandinaviam* ingressi, infessa *indigenarum* *Vanorum* loca occupaverint, pristinisque nominibus sibi appropriatis, astu magis illo, quam virtute in pristina civitatis jura immigraverint. (2) De *VANORUM* sequioris ævi hujus, cum *Asianis*, ceu inter vicinos crebro fieri solet, motis invicem diffidiis (3) & bellorum causis; de iisdem, cum externus hostis ingrueret, mox fœderatis, factisque insimul incurfionibus eorum, trans mare *Germanicum*, in nostram terram: item de *NIORDI* agminis horum ducis & archiflamini regno *Gothico* pariter atque *Norvagico*, (4) de illius in *nova Tunum* restaurata

im.

imperii sede; ejus ex incesto conjugio suscepta multiplici prole, rebusque hac illac felicissime gestis, itemque peregrinationibus nepotum illius, præpostero religionis zelo, ultro citroque institutis, quæ dicenda forent, plura ex *EDDA* & *Sturtonide*, horumque commentatore perpetuo *TORFÆO*, repeti possunt. Quæ *Vestro-Gothis* olim adscriptæ coloniarum hujus vestigia, domi nostræ nosmet investigaverimus, cum ad describendum dulcissimum majorum olim, hodie vero nostrum larem, post aliquanto perventum fuerit, indicabimus.

(1) Solem in Asia omnium primum, sub nomine *Oditri* cultum fuisse, vid. *Tortæum hist. Norveg. l. p. 133.*

(2) Historiam arcanam, secretum, puca, anfractuosa profectio *Othini junioris* hujus, qua, non nisi longo post tempore, multasque peragratas regiones, Scandiam intravit, ingeniosè prodit nobiliss. *Vilde introd. in hist. Suetb. Puffend. p. 267, 284. seq.*

(3) *Sturtonidem* vide capite 4. seqq. *Ynglingasagan.*

(4) *Niordum* (*Nor*) eundem cum *Forn-othin* seu *Othino* prisco esse, atque ab illo gentium in Norvagiæ archiepiscopo *Normannos* terræ illius inhabitatores cognominari, nobiliss. *Dn. adfess. Bioerner ad rem oppositè adstruit.*

(e) Ab illis *Vanorum Tanaitarum* sedibus, *Dannubio* & *Tibisco* non procul, *VANNIANI* regni celebris est memoria; sub ipsis conditæ monarchiæ Romanæ initiis præfertim, quibus *Marobodnus*, *Catvalda* & *Vannius* *Marcomannis*, *Quadis* & *Metanastis* *Jassygibus* non tumultuario sed diuturno imperio præfuerunt. Reges illos Italiæ incubuisse, ejusque modo sustinendæ, mox evertendæ consilia inivisse

memoratur. A Gothis, Cimbris & quidem præcipue *Ovennonibus*, una cum *Vangionibus* ortam popularium nationum trigam istam, inter *Vistulæ* (1) & *Albis* fontes, circa *Viadri* ripam utramque collocant Geographi; consentientibus rerum *Silesicarum* scriptoribus, qui *Bratislaviam*, unicum in mediterraneis, emporium gentium septentrionalium olim fuisse ipsi agnoscunt (2). Inde vero quod confici posse putas? *VANOS* in *Vest-Gothia* antiquitus confedisse, ibique *Brätte* urbem celebrem olim incoluisse, paulo post visuri erimus. Sunt in *Marbim* vicinia illa, *Norrigiæ* puta *Gothici*que regni finibus, *Marcko-manni*, sub nomine *Marckboar / Marboar* / a te invicem non procul distri, tam celebris famæ, ut â nemine ignorari possint, nisi qui *Svethiam* non vidit & de *Vestrogothis* plane nil cognovit. *Jassygum* montana iisdem finibus contineri quoque agnoscat, qui *Hervorianæ* historiæ contenta lustraverit, & cum post dicendis conferre otium sibi lumere velit. Ex istis *marchionibus* *VANIS*, *Maroboduum*, *Vannium*, *Catvaldamque* (3) belli potentes *Gothicæ* stirpis reges, una cum *Jassygibus* *Metnadarmân* (4) *Bratislaviensisque* viciniae incolis, gentilitia nomina traxisse sua, pro non improbabili conjectura tamdiu habere licebit, quamdiu eandem cum veri analogia pugnare non adhuc probaverit quisquam, suumque contrarium placitum fortioribus verbis, quam nos, rerum ponderibus adstructum iverit. (5)

(f) Mi-

(1) Viadrum & Vistulam Gothica esse vocabula, quis non

videt? Prius ex Winader contractum, aquae venam, Wadnoader, exprimit. Alterum Winstul, contracte Wistul a skol & skalle, alveum, qui aquam recipit, significat. Ad Vistulam verò confedisse alteram migrantium Gothorum coloniam, LUNDRUM in zamolxi confer.

(2) Sommeri regn. Pannian. p. 28. & 143.

(3) Katur, Kathgur hominem venerum, quem alii certatim amant, denotat. Erejam Deam duobus cattis junctae rbedae insidere, cum ipsi sua bellorum ludicra obeunda fuerint, veteres fixerunt. Utrum illum, an verò diversum militiae apparatus importet Catvaldæ nomen, alii viderint.

(4) Metnadarmen ambitiosum hominem, lingua Gothica significat; & a nomine illo Metanastorum episcopi exoticum descendere videtur.

(5) Ut ad probabilitatem propius accedat conjectura haec, Verelium & praecipue Bicermerum, veterum literarum diligentissimos duumviros, testes & promachos illius appellare jubat; illum in notis ad Hervoram lectissimus, ubi Vanorum nomen recentioris aevi esse, nunquam in animum se inducere posse ait: hunc autem in sua, ad antiquitate hyperboreas exquisitae industriae introductione. Istos de domo testes, si quis admistere noluerit, Leibnitium in Miscellan. Berolin. conferre jubabit, qui de Marcomannes & cognatis sanguinis ceteris populis refatur, quod a mari Baltico & intimis sedibus illius excitati, Germanorum vires exhauerint, ipsamque prae barbarie periclitantem Italiam effecerint.

(f) Migrantium populorum aborigines, in quamcunque semet plagam converterent, agros a suis finibus latissime vacare voluisse, neque fructus recondidisse ullos, verum carnibus cicurum & agrestium animalium victitasse, eoque intuitu paludes & praeupta silvarum, septi & penoris loco habuisse,

se, historici omnes consentiunt. Ab initio, qui ex aquis, sublevandæ indigentia instrumenta petebant, seorsim habitasse a ceteris, neque nisi ægre *WANOS* conciliari potuisse Oreadibus atque Silvanis, illorum cum Asianis gesta invicem bella, & quidem seorsim *Scadæ* / monticolis prognatæ feminæ, cum *Niordio* marito tuo jurgium, indicat; quo id in primis actum fuit, ut ubi natus esset educatusque, ibi eorum quisque vitam transigeret. Scilicet inter umbras silvarum atque montium illa latere, hic, autem locis, unde mare panditur, manere præoptabat. Seculis dein sequentibus, quod Ipe prædæ, longa cum arundine scopulis immorari, non *Scythæ* (1); iterum, pristina retenta appellatione, *Armenios arcus Geticis intendere nervis*, neque incommodum judicaverint *Vani*, id omnino *Vindelici Alpini* nostrates (*Ställfinnar*) silvarum inco-lentes remis inaccessa, suo sub exemplo manifestum reddunt. (2)

(1) *Svethiam Scythiod, & Schvit Scythas facit Brennerus, hosque a jaculandi dexteritate dici vulgo creditur. Cum vero aqua Su & Sui Tartariis ad mare nigrum hodie quoque veniat, ejusdem cum Vanheimō significationis vō Svithiod, nomen esse posse existimat Lundens. Profess. Celeberr. S. BRING. in dissert. nuper edita de Svethiæ etymo. Cum quâ nominis Svethici radice, si cui Fennicum: Suomensma conferre placuerit, gentis & lingvæ utriusque priscam cognationem non longè videbit. Sud Gothiis certe, pars navis dicitur, aquis obversa.*

(2) *Saxo G. L. V. citatus a Grotio prolegg. H. V. p. 127. ubi arcuum & xylo-solearum peritia eorum laudatur.*

§. VII.

Hisce arctoꝝ plagæ primis inhabi-
 tatoribus natales suos debere po-
 pulos, qui postmodum e Scandiâ, ceu
 vagina gentium (a), quæqva versum
 erupere, nulli dubitamus. **VANDALOS**
 ortus sui semina inde arcessere, notis-
 simo notius est (b). **VENEDI**, quamvis
 originem ab initio eandem cum *Van-*
dalis habuerint, post dispersionem gen-
 tium tamen diversam a *Vandalis* na-
 tionem constituere, & quemadmo-
 dum majorum suorum sparsis per hæc
 borealia casis, *ILLI* diu acquieverunt,
 antequam in illas trans mare sedes mi-
 grare inciperent (c). Ita, quæ orbis
 regione diversa prostant naturæ clau-
 stra, præsertim terra in humanos usus
 nulla adhuc accommodata, *HOSCE* per-
 tentasse, suisqve sub inversis navium al-
 veis

veis ibidem acquieviffe, multorum non inconcinna neque improbabilis videri potest conjectura. (d)

(a) Ex SCANDIA nominibus diverfas & victoriis inclatas gentes, quodam velut turbinis æstu, toti olim Europæ (ne de ceteris orbis partibus quid dicam) incubuisse, & littora illius quæquæ verum infestasse, non est quod pluribus evictum eamus, præsertim in illa exterorum & indigenarum magna manu scriptorum, qui aliunde quam ex Scandia colonias Gothorum arcessere velle, rem esse dicunt non minoris falsitatis quam novitatis. Istis indiciis, si non acquiescere velint æmuli, ut magis aperte pateat veritas illa propediem V. D. curabimus. Ut nunc sunt tempora, ab iis, quæ instituerimus, ad ea, quæ scopum non directe feriunt, divertere, nefas erit.

(b) A locis uliginosis & aquarum voraginibus, late diffusis VANOS, & ab illis inde Vandalos & Venedos dici, ex iis, quæ, quasi in forum hæctenus prolata sunt, prehendi posse speramus. Neque enim, nisi quæ, facta gentium dispersione, sensim emerfit temporum atque locorum distantia in causa est, quod radix una eademque ab instrumentis loquelæ destinatis diversimode modificetur, dissimillimisque Ionis demum, quæ ἐμπροσθεν sunt elementa, enuncientur. De VANDALIS, quo tempore primum emigrare, & pedibus suis navibusque totum terrarum orbem peragraræ cœperint, in præ-

præsentia dicere nostrum non est consilium. Illud enim non uno nitu, sed per temporum intervalla accidisse, nemo dubitat. Nostrum erit inquirere saltem, quæ *Scandiae plaga* illa sit, ex qua, ceu alveario, non musarum, sed martis volucres hæ aculeis infestæ, in aliena primum proruperint. Ab ostio amnis Prutenici non procul confedisse olim, præter nomen ipsum *Vandalicum* hodiernum superstes, annales quoque consentiunt. In *Cimbria*, & quidem supra cervicem regionis, *Vendilsboae* præfectura jacet, nomine illo olim magis quam hodie celebris. Postulat utraqve gens ista, nominis arrepta occasione, quod ex suo sinu, sua vicinia popellus *Vandalicus* primum emerferit. Substitisse ibi primum freto ferroque pugnacem gentem, & abs dominâ illa quoque cognominatam fuisse utramque regionem, concedimus. Sed cum fuerit illud non *Vandalis* olim modo, sed migrantibus ex una regione in aliam omnibus, hodie prope vulgatum, ut ad ostentandam virtutem, vel saltem leniendum desiderium natalis soli sui, nomina novæ coloniae imponere soleant: exinde quod *VANDALIÆ* nomen nondum penitus obsoleverit, quis quæso! stirpis incunabula, non nisi in alterutra harum gentium reperiri, pro certo affirmaverit? Ortus sui semina alteram ab altera accessivisse, à vero non longe abest. Sed quæ non impedit cognatio, quo minus aliunde, ex *SCANDIA* nempe, gentium ceterarum seminario, luxuriantes palmites hi prognati fuerint, & demum in diver-

lum solum translati. Pro *Vandalis Cimbris*, seu primogenitis arctoæ plagæ, causam dicere velle videtur *SHERINGHAMUS* (1) cum trajecto freti (Gautigat, Kategat sine dubio) illa regione primum nomen illud a *Getis* assumptum esse vult. Conjecturæ suæ fundamentum substernit non aliud, quam vulgatam à *peregrinando* etymologiam (2). Verum cum Nomades exstiterint necesse sit omnes in ignotam humum tendentes primorum temporum coloniæ, saltem Japhetigenæ, antequam in Cimbriam deferri potuerint: dico, postquam lingua Scythicâ veteri, non per *Wandelen/ peregrinari*, sed per *Wanderen Wandra* efferri solere constat, (conf. Sax. Gram. Steph. not. p. 171.) quid conjecturæ illi subsit solidi, per se omnino patet. Et demum, quod attinet *VANDALIAM Prutenicam*, vulgo *Wenden/* illam *Vandaliaæ* & quidem præcipue *VERMIÆ* nostræ coloniæ esse, nemo dubitat, qui de *Vermia* inibi sita, nec non castris Gothorum in illam regionem nuperrime divertentium, quidquam audiverit. Quod Vandalici nominis primogenituram ejus incolæ sibi afferere nequeant, vel exinde clarum est, quod nullæ ibi convalles irriguæ, aut alpium, versus injurias, munimenta naturalia aliqva occurrant; quam conditionem tamen nominis adumbratio requirit, hominesque ab initio, indigestis seculis illis, unice sequutos fuisse, nemo dubitat, cui ad Lapponum & *Tartarorum* (Fanaitarum Vanlandorum) hodiernos vivendi modos, oculos reflectere volupe fuerit.

[1] De originibus Anglor. pag. 143.

[2] Cum Sheringhamo PONTANUS paria facit; itidem ex Wendysyllet Jutiae, Vandalos ab origine arcescens. Sed quem falsitatis non uno loco MOLLERUS in *isagog. in histor. Cimbr. arguit; ex Saxone probans, quod secul. N. C. IV. demum, SIVARDO Danis imperante, fuerit avita Cimbrorum sedes illa à Vandalis inessa.*

(c) NIORDUM Vannianae in septentrionem coloniae recentioris archistrategum fuisse, & quibus ille regionibus imperitavit, easdem à natali situ suo, figura atque conditione nomen traxisse, dictum modo fuit. Quin, cum in Norrigiâ ejusque vicina Gothiæ parte, *convalles*, (*) longo recessu inter juga montium expansas inhabitaret, easdemque fluviis & paludibus undique septas atque distinctas: inde ab aquis, a terræ situ & partium in illâ, specie conformationeqve, aucto in majus nomine, regionem sensim cognominari cœpisse, pronum est videre. Sunt in illa plaga centumpagi vulgo noti: *Bydaal/ Sotdal/ Forsdal/ Herjedal/ Skjordal* (1) / *Sundal/ Nordal/ & quæ Varimannorum* exiguo interveniente tractu, ad Svethiam hodie pertinent: *Dsterdalia & Westerdalia*. Neque aliunde, quam a cardinis illius populis, puta *Daliis*, Vandalos derivari, nobiscum in Batavis HADRIANUS JUNIUS, *Vexionio* teste, palam consentit. Cum quo faciunt historici longa serie SCHURSFLEISCHIO (2) citati, qui quidquid vastitatis Flandriæ a *Normannis* olim illatum fuit, illud *Vandatis*, sub nomine diverso, unius & ejusdem plagæ inhabitatoribus in acceptis referunt.

ne de *VACHIERO* (3) quid dicam, cui licet male audiant scriptores septentr. quod *Vandalos*, tanquam suos *Germaniae imponant*, eisdem *Sithonum* (*Norvegorum*) in *Svetthia* partem fuisse tamen, se non refragari posse fatetur, postquam *Benzonus* & *Somnerus*, ex monumentis *Anglo-Saxonicis*, eundem convicere, quod *Vandalos* *Qwenos*, & demum oceanum *hyperboreum* *Qwenen* scē veteres appellaverint. Porro de *Visi-Gothis*, qui *Narbonensem* provinciam diu tenuere, constat, quod pridem illi quoque *Vandali* appellati fuerint. Immo *Vestro-Gothos* a *Vandalis* nomine saltem differre, *AIMONIUS* auctor est (4). ne de *PROCOPIO*, *DEXIPPO* & ceteris rerum *Geticarum* scriptoribus quid memorem (5); quorum alii *Vandalos*, seu potius *Vinos*, gentium septentrionalium aborigines faciunt; *Vestro-Gothos* & *Vandalos*, seu, quod idem est, *Veses* (6) atque *Vanos*, quoties horum populorum aliqua mentio injicitur, semper ferè conjungunt; non ab interna *Germania*, sed ab oceani littore, *istrân stora siósidan* / (7) arcessunt; & quod plurimum valet: linguam utrinque cognatam & prope eandem haberi volunt (8). Et certe, qui de *Vallensum* olim regulis, de *WANDUANGO* / claro apud externos principe *Gothorum* (9) præcipue vero *WALLIA* *Vest Gothorum* in *Hispaniam* agminis ductore quidquam noverit, quid cum *Vandalis* negotii eidem fuerit, principes hosce è regione *Daliae* atque *Vandaliae* aliquã, genus traxisse suum, pro non improbabili habebit. Interim si cui, non ex nostro
arma.

armamentario delumta ista sordent, & confectis domi telis commodum magis urgeri posse putat velitationem isthanc, quasi ex composito *reges* indigenas ad eundem scopum collineare, suumque multo ante suffragium nostræ pro *Vanis & Vandalis* conjecturæ adscripsisse videbimus. In ceteris *MAGNUM* *Erici* *Smek* / qui *Gothiae, Vandaliae* (*Wandal*) & *Norvagiæ* regem semet appellavit, non alio intuitu, quam quod *Vestro - Gothorum, Wänern* lacum ambientis vicinæ dominus olim fuerit, & una cum *ERICO* patre suo, filius utramque regionem, hæreditatis jure peculiari sibi vindicaverit, (10) Et demum, si cui magis placet *canonica*, quam *regia* illa, pro teste vetustas, in *monumentis ecclesiasticis* piissim. mem. A *Episc. E. BENZELIUM* *junior* conferre potest, & ex illo videre *NICOLAUM RAGVALDI* *Svethiæ primatem*, eundemque ad concilium *Basiliense* trium regnorum oratorem, de *Vestro Gothis & Vandalis*; quod originis & patriæ unius ejusdemque fuerint, in purpuratorum totius *Europæ* confessu, sententiam dixisse (11). Quid multis? De *VANDALIS* ex *Procopio* constat (12) quod in exteris regionibus duorum generum fuerint: *ASDINGI & SELINGI*. Divisionis illius, utrum vestigia alibi, quam in septentrione clariora quis investigare poterit, admodum dubito (13). Quæ *Asdingi* (*Asgothi*) *Asiaticæ* religionis suæ, ludorum & ceterarum rerum fortiter gestarum monumenta sibi statuerint regione illâ, quam *Albis Gothicæ* littora contingunt, paulo post visuri sumus. De *SE-*
LINGIS

LINGIS hoc loco dicendum, quod quamdiu orientalis DALIA, quam Albi Dalecaricus interluit, Siglis = Dahlia, Sigitinum & Siglensis provincia, ejusque incolæ Wernis contermini, Solungi SAXONI Grammatico (14) Siguloni PTOLOMÆO (15) & nostratibus Siglis - Dahlia, à Siljan palude navigata nuncupantur (16) ad differentiam contribulium, puta Wåners = Daaliorum, qui novum Asabemum & Væneri Albi contingunt, tamdiu neque interiturum in aquilone nomen Vandalicum, neque gloriam majorum e manibus sibi extorqveri passuram, quæ iisdem sedibus hodie moratur, posteritatem.

(*) Ex aquis Noricarum Alpium liquefactis & per concava vallium, Danubio primum (Donawand nostris dicto) mox Ponto semet infundentibus, Vindelici Germaniae populi olim appellati fuere. Quæ irriguas Noricorum nostratium valles subeunt aquæ Alpinae, & Wæo nero Albiq; Gothico mediante, oceano se infundunt, WINDALORUM nomenclationi nostrorum jam ante locum dedisse, quid quaeso! propius verò, & ad utriusque loci effigiem magis expressum dici potest?

- (1) P. Claussions Norges beskrifn. pag. 100. quo cum confer P. Varnefridi de gestis Longobard. 1. 7.
- (2) Dissertat. X. pag. 4.
- (3) Vachters glossar. Germ. pag. 1758. fin.
- (4) Grotii histor. Vandal. prolegg. p. 24. fin.
- (5) Idem pag. 23. & 24.
- (6) Idem pag. 46.
- (7) Stiernhök citatum vide in praefat. ad Dale-Lagen.
- (8) Grotius prolegg. pag. 23.
- (9) Biærners Gothunheim. p. 56. not.
- (10) Messen. Scandiam conferfis tom. 11. p. 91. item Tom. XII.

XII. pag. 178. Vandalos & Gothos sedibus Scandinave non distantibus, sed iisdem prope locat in epistolis etiam Balzacus lib. V. pag. m. 409. eodemque multo improbius, quamvis testior anonymus ille, qui, studio, nescio quo, in nos nostraque instatus, Suethiam ad terminos veteris Vandalicæ coarctari paulo ante voluit, consuluitque.

(11) Monument. eccles. p. 105.

(12) De Vandalis ASDINGIS Jornandes & Procopius & Dion, &c. mentionem injiciunt.

(13) Scriptoribus domesticis boreales Vandalæ à ceteris distinguuntur; præsertim Messenio, qui regis in illa gente Snorronis meminit. quod Norvagicum nomen esse quisque videt, certe ad genium Fennicæ lingvæ parum accommodatum, qui geminationem duarum ab initio consonantium ferre nequit.

(14) Saxo ead. Stephanii, pag. 90. med.

(15) Excerpta à Ptolemæo lege apud Conringium German. pag. 132.

(16) Vid. dissert. clariss. D:nn. Petri Uggias de territorio Naesgard pag. 4. &c. Zach. Holentii de Dalecarlia 1. 8. quibus additis Siljeströmium de Siljan lacu, pag. 9. quibus cum L. L. V. G. à sine confer, ubi inter gentes illius legiserit ALLI de Siglistanden (Siglistahlen forte) quartus ordine recensetur.

(d) Qui sint & unde venerint Vandalæ itemque Venedi ex ante dictis non obscure patet. In illis demigrationibus ultro citroque factis aboriginum Scytho-Getarum, qui arctoæ plagæ Alpium profunda (Alfheimi & Manheimi pomæria), eademque aquis & vallibus implicita occupavere, VANOS & Vandalos: qui vero procumbentia tenore æquali inholpita tesqva seqverentur, Wacuhedos (1) primum

mum, mox *VENEDOS* appellatos fuisse, nomen ipsum indicat. *Heid* & *hed* enim planitiem vepribus & dumetis frutescentem *GOTHIS* significat; & talem conditionem fuisse tractuum *Sarmatiae*, ceterarumque ad meridiem & occidentem jacentium terrarum, quas olim incolere *Venedi*, loquuntur annales, testantur flumina lapsu rariore impedita, & facies ipsa demum plagæ utriusque illius, ad oculum demonstrat. De *VANDALIS* dixi, quod primordia habitationis eorum sint orbe illo quærenda penitus, quem amplexu suo finit oceanus. *VENEDOS* originis & cognationis vinculo cum prioribus connexos, postquam limitibus confusis inter Balticum mare & paludem *Mæotida* aliquamdiu substitissent, ad *sacram* & *beatam* pelagi *insulam* eandem, in qua cognato sanguini bene esse cœpisset, post paulo adspirare cœpisse, & crescente indies sobole, catervatim sese sedibus iisdem indidisse, res ipsa loquitur. Consonant terræ tractus, paludes, silvæ & nescio quæ non transmarina loca usque hodie memoriam veterum habitatorum in suis nominibus retinentia, conspirat pristina, eademque diu satis continuata nostratum cum *Venedis* i.e. *Vennis* & *Holmgardicis* vitæ civilis consuetudo, concinunt & consentiunt denique cognationis utriusque lingvæ vestigia se subinde peregre natis etiam in oculos ingerentia: ea quæ si persequi, & quoto gradu inter se invicem distent aut conveniant, palam facere vellent, qui onomastica scribunt, antiquitatum utriusque lingvæ non ignari, de ac-

censo ad recognitionem veteris historiae, boreali lumine novo, qui patriae bene cupiunt, magnifice sibi gratulaturi essent. Sunt non ignota clarissimorum nomina virorum, qui linguam *Venedorum* Gothicam seu *Vandalicam* priorem, & mox *Fennos* Scandiae aborigines esse volunt. Sed cum dialecto tantum differant, (1) neque ex usu utriusque linguae pristino & promiscuo aliquis character inhabitationis & antiquitatis gentis unius praeter altera exculpi possit; non magis quam nomenclationis Gothicae exempla *HAC* regione obvia, occupationibus Gothorum primigeniis omnia haec loci inleffa fuisse probant (2): Inde *VANOS GOTHOS*, & qui ad illos genus suum referunt *VANDALOS* arctoe plagae inhabitatores antiquissimos, eosdemque aliarum gentium, utpote *Burgundicarum* & ceterarum profeminatores esse, cum *GROTIO*, *AGATHIA* & *PLINIO* agnoscamus (3). Illo vero *Catone* tergemino, si recentiores cogitate magis sententiam dixisse quis existimaverit, seculi nostri in obscuris & difficilibus *Oedipum*, *Dn. BIOERNERUM* in dissertatione epistolari, *LEIBNITIO* opponimus, eundemque pro *Scythis* & *Cimeriis* & perinde *Vanis* atque *Vandalis* borealis Europae primis incolis, non testimoniis veterum modo, sed & ratione non una sufficienter armatum, ad evincendum ab antiquissima hominum memoria, hasce gentes inhabitasse *SCANDINAVIAM*, indigenatusque praecipuam, non nisi de facto *VENEDOS* & *FENNOS* sibi arrogare posse. Sed reptavimus diu satis larvas

inter umbrasque vetustas. Ut ex illa uligine notis Asianæ, ad ea, quæ domi comperta & magis ante pedes posita sunt, appropereimus, institutum & svadet & urget.

- (1) Wan & Hed quid importet modo diximus. Wanhedoma, contracte Wanhema (Wenejänma) inde descendere, consequens est. Ultima syllaba decompositæ vocis Ma & Matt, Gothicâ, sicut Maet & Meot Anglicâ & Vennicâ lingua, humidam eamque juncis & virgultis obstructam tellurem denotat. Scirpea Matta Getis inde, apud Ovidium, stoream significat. Paludem Maotis & Venorum nostratium Maettojärvi partim cognatas esse notiones, & aquam limo putri factentem generis sui originem utramque agnoscere, manifestum est.
- (2) Linguis tantum non omnibus accidere solere, ut cum tempore mutantur; idque eo citius, quo cum peregrinis commercia crebro magis exerceri soleant, in promtu posita res est; exemploque non Islandorum modo, sed & Lapporum probari potest. qui licet Norvagiis & Fennis ortum suum debeant, ignota vocabula multa tamen in linguas suas recepisse constat; adeo quidem Fennis & Norvagiis, qui hodie sunt, ignota, ut neque radices eorum explicari valeant.
- (3) Gothica vocabula multa in Finlandia remansisse, minime mirum, cum per Finlandiam in Germaniam primum deveniret nostræ gentis aborigines. conferas Bæcner, Ortbogr, pag 6.
- (4) Plin. Hist. nat. 18 28. Agathia & Ol. Magni de Burgundiorum originibus consensum repetere ex Schursfleisch & Peringsk. in vit. Theodor. not. p. 422. Grot. Hist. Vand. prolegg. p. 55. m.

